



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Moneta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Moneta, vide Cambium, Debitum.*

*Mora, vide Debitum.*

**N**on tenetur quis ad interesse damni aut lucri cessantis ante moram, si de eo non fuit pactum. \* *Syl. mora q. 4.*

**O**bligatus ex delicto semper est in mora: qui autem sine delicto, & non potest, aut difficile potest, aut alioqui causa iusta excusatur, putant quidam non esse in mora, adeoque non teneri ad interesse ratione moræ, nisi ex pacto, vel appositione pœnæ conventionalis, si tali tempore non restitueret, aut impotentia culpa eius accidisset. Alij putant, qui non soluit tempore debito, etiam sine culpa in mora esse: quæ mihi opinio videtur mercatorum vsu recepta.

\* Obligatus } *Syl. l. c. q. 1.*

Morosus non tenetur restituere, quando res apud dominum peritura erat. *Syl. l. c. q. 4.*  
*Fu. vers. commodatum num. 7.*

### MORTIS ARTICVLVS.

**T**alis est qui prudentis iudicio videtur, & secundum quosdam, cum quis febris continua laborat, aut est ætate confectus, aut iter facturus periculosum. *Syl. vers. Mors nu. 4.*  
*Ang. ibid. numer. 6. Vide etiam Naua. in Sum. c. 2. numer. 8.*

\* *Vide Nau. c. 2. num. 9. c. 26. num. 31. Fu. vers.*